



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacerdotale Ad consuetudinem S. Romanæ Ecclesiæ  
aliarumque ecclesiarum ex Apostolic[a]e bibliothec[a]e ac  
Sanctorum Patrum iurium sanctionibus, &  
ecclesiasticorum doctorum scriptis ...**

**Venetiis, 1579**

De p[er]turb. occurr. missam celeb. c. 61

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40307**

quia die. solum in vltima percipiat perfusionez, & nō in precedē  
 ti: qz tunc nō esset ieiunus, nec aliā missaz celebrare posset: extra  
 de celeb. miss. ca. ex parte. Sed si sacerdos post consecrationem  
 infirmetur, & non habeatur alia hostia, nihilominus debet aliū  
 sacerdos requiri, qui missam prosequatur ab infirmo nō com-  
 pletam: & hostiaz debet diuidere, & vnā partē ipse sumere, & aliā  
 infirmo dare. Hęc S. Tho. ¶ Item si sacerdos morte aut in-  
 firmitate graui occupetur ante consecrationem corporis, non  
 oportet qd per alium suppleatur: Si vero consecrato corpore  
 ante consecrationez sanguinis, vel et cōsecrato vtroqz, debet  
 celebritas per alium expleri. vt 7. q. 1. c. nihil. S. Tho. Quid autē  
 missa compleatur, ostendit prefatus canoissupradicti concilij,  
 dicens: Non. n. aliud explementum initiatis mysterijs cōpetit,  
 quam aut incipientis, aut subsequēntis benedictione completa  
 sint sacerdotis. Quantum autem ad hoc obligetur sacerdos, o-  
 stendit in ipso eodem c. inferius, vbi dicit: Nullus absqz patenti  
 pœuientu molestie minister vel sacerdos cum cœperit, imperfe-  
 cta officia pœsumat omnino relinquere. Si quis autem hoc te-  
 merarie pœsumpserit, ex cōdicationis sententia subiacebit.

**De perturbationibus occurrentibus missam celebrantibus. Cap. 61.**

**P**ost tractatum de defectibus missę, dicēduz est de pertur-  
 bationibus interdum, occurrentibus his, qui missaz cele-  
 brāt. Turbatur autem missa, aut propter scandaluz sacra-  
 menti: aut propter scandalum sacerdotis. Scandalum sacra-  
 menti est, si cadat, aut si vomitu proijciatur. Scandalum sacer-  
 dotis est, si sumere nequeat, aut propter commissionem alicu-  
 ius rei abominabilis, vel periculi, aut propter apparitionez a-  
 licuius spectet, quę non debet comedi, vel potari.

**Quando cadit corpus Christi. Cap. 62.**

**S**i propter frigus, vel negligentia, hostia dilabatur in ca-  
 licem: propter hoc non est necesse aliquid reiterari: quia  
 qd solum minima pars hostię mittatur in calicem hoc respicit  
 corpus Christi mysticum: ideo pœtermisio huius non facit im-  
 perfectionem sacramenti. S. Tho. ex concil. Aurelian. de conf.  
 dist. 2. dicit: Qui bene non custodierit: aut qui sacrificium perdi-  
 derit in ecclesia: aut cui pars eius ceciderit, & non inuenta  
 fuerit,